UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Ordinis materia

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

vocat Alcuinus *de diu. Offi c 35.* & Sixtus V. in motu proprio 1588. vocat caracterem Clericalem, tum etiam quia Tridentinum prohibet Epiſcopis aliquid ſumere pro collatione Ordinum etiam primæ tonſuræ *in ſeſſ. 21. cap. 1. de reform.* Sed his non obſtantibus, non eſt recedēdum a Theologorum communi, quam etiam approbat ius Canonicum *in Canō. ſeriatim, diſtinct. 21.* & alibi, vbi Ordines maiores, & minores enumerans, tonſuræ non meminit, & Tridentinum, ſicut etiam *Pontificale* Romanum, ab omnibus Ordinibus illam diſtinguit *in ſeſſ. 23. cap. 4. 5. 6. 11 12 & 13 de reform.* Et ratio eſt, quia tonſura non confertur per traditionem alicuius materiæ, id quod Concilium Trident. ad eſſentiam Ordinis requirit. Argumenta autem adducta non probant, quia illæ appellationes ſolum ſignificat, tonſuram eſſe gradū Eccleſiaſticū, & exaltationem ſupra ſtatū laicalem, aut deſtinationem ad ſtatū Clericalem. Epiſcopus verò prohibetur aliquid pro eius collatione recipere, quia eſt quid ſpirituale, & ſic tenet Bauny *tr. 7. quæſt. 3. part. 6. tract. 8. reſol. 29. & part. 10. tr. 14. reſolut. 14.*

ORDINIS
Materia.

Quæ ſit materia Sacerdotij?

1 MAteria ordinum non fuit à Christo inſtituta in ſpecie. *par 10. tr. 14. reſolut. 14.* Determinata autem ab ea Eccleſia Latina pro Sacerdotio eſt duplex, traditio calicis cum vino, & patenæ cum hoſtia, & impoſitio manuum. Vtraque ſecundùm Bellarminum *de Sacram. Ord. lib. 1 cap. 9.* & alios, eſſentialis, partialis; & prima quidem ad poteſtatem conſecrandi, ſecunda verò ad poteſtatem abſoluendi ordinata. Secundum Valentiam *tom. 4. diſput. 9. quæſt 1. punct. 5* & alios ſola calicis traditio eſt materia eſſentialis, impoſitio verò manuum ſolùm ſacramentale ex præcepto adhibendum. Vtraque opinio eſt probabilis, *parte 3. tractat. 4. reſolut. 187.* Si autem detur tantum patena cum hoſtia, vel tantùm calix cum vino, aut hoſtia & calix ſine vino, vt contigit his temporibus in Hiſpania ex incuria Magiſtri Cæremoniarum non apponentis vinum in calice, Sacramentum eſſe nullum, & iterandum. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 11. diff. 4 num 1.* cum aliis, contra Henriq. *lib. 10. cap. 0 n. 1.* cuius opinionem probabilem exiſtimans, docet, in tali caſu iterandum eſſe ſub conditione. *part. 4. tr. 4. reſol. 119.* * Sed in *part. 3. tractat. 4. reſol. 186* opinionem Henriquez amplexus erat. * Et ratio eſt, quia quamuis conſiſtat conſecratio ſolius panis, aut ſolius vini, quarū vtraque habet ſpecialē formam, vt peculiares vnctiones, &c. non tamen conſiſtit poteſtas conſecrandi ſolùm panem, aut ſolùm vinum, quia nec vtraque per vnicam traditionē ſub vnica forma confertur; & præterea non videtur ſubſiſtere poſſe poteſtas iure diuino collata, quæ ſtante eodē iure diuino exire nō poſſit in actum ſine peccato; & tamen huiuſmodi poteſtas talis eſſet, quia non poteſt vna ſola ſpecies, ſaltem ſecluſa diſpenſatione Pontificis, conſecrari: nec dici poteſt, quod per traditionem ſolius calicis cum vino, aut ſolius patenæ cū hoſtia tradatur poteſtas conficiendi Sacramentū perfectum; quia traditio vnius materiæ partialis ſolū deſignat poteſtatem circa illam, & ſic tenet nouiſſimè Auerſa *de Sacram. Ord. quæſt. 2. ſect. 8.* contra Inſtruct. *Hiſpal. part. 5. §. 6. n. 6. part. 6. tract. 8. reſolutione 22.*

Diaconatus.

2 Materia Diaconatus ſecundùm Syluium *in 3 part quæſt. 37 art. 2. quæſt. 3* eſt traditio libri Euangeliorum, & impoſitio manuum. Secundum Nugnum *in 3. part. tom. 2. quæſt. 37 art. 5.* ſola traditio libri. Vtraque opinio eſt probabilis, *part. 3. tr. 4 reſol 188.*

Subdiaconatus?

Materia Subdiaconatus ex Filliucio *tom. 1. tr. 9. cap. 2. nu. 45.* eſt duplex, traditio calicis vacui cum patena ſuperpoſita, & traditio libri Epiſtolarū, ex paritate rationis cum traditione Euangeliorum in Diaconatu. Sed dicēdum cum Coninch *de Sacrā. diſp. 20. dub. 6. n. 69.* ſolam traditionē calicis eſſe materiam neceſſariam, & cum Henriquez

lib.

lib.10.cap.5.gloſſ.lit.F. calicem non debere eſſe neceſſariò conſecratum *part.3.tr.4.reſol.189.** Materia Acolytatus eſt traditio candelabri cum cereo, & vrceoli vacui. Lectoratus, libri Prophetiarum. Exorciſtatus, libri Exorciſmorum. Oſtiariatus, clauium cum cymbalo. Filliucius *tom.1.tract.9.cap.2.* ✠

Et aliorum Ordinum?

Realis contactus materiæ nõ eſt eſſentialis Ordini.

3 Omnis autem traditio, quæ eſt materia proxima Sacramenti Ordinis, de neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici eſſe debet cum reali contactu ſuſcipientis. Imò Faber *in 4 diſt.24.quæſt.1. diſput.1. cap.4.n.121* & alij volunt, hoc eſſe de neceſſitate Sacramenti. Sotus verò Sacerdotalem Ordinem ſuſcipientem debere quidem vult tangere neceſſariò calicẽ, non autem alia. Sed ego cum Bonacina *de Sacr.diſp.8.q.vn.punct.5.nu.10.* exiſtimo, in nullo Ordine realem contactum materiæ eſſe de eſſentia Sacramenti. Nã benè tradi poteſt, & accipi cum ſolo cõſenſu aliquo ſigno explicato: ſicut verè accipimus equum, nummos, & alia, non illa tangendo, cum ſolo ſigno acceptatiuo. Poſita autem contraria ſententia, benè docet Nugnus *in add. ad 3.part. to.2.quæſt.24.art.5.diff.1.* non eſſe neceſſarium, quod Diaconus tangat hoſtiam, ſed ſolam patenam, ſicut calicem in quo ſit vinum; nam ſicut vinum eſt in calice, ita hoſtia in patena. Et ſanè in rebus humanis, quando eorum, quæ traduntur, vnum eſt in alio, non ſolet ſpecialiter tangi *part.2.tr.16.reſol.3.& part.3.tr.4.reſol.185.* Et ita tenet nouiſſimè Bauny *part.1.tr.7.quæſt.4.n.12.* quia tamen hæc doctrina non eſt certa, & in Sacramẽtis quæri debet omnimoda ſecuritas, curandum eſt, vtram calix, quam patena immediatè tangantur, idque ſub mortali. *part.6.tr.8.reſol.19.* Quibus non obſtantibus.

Debet tamẽ in Presbyteratu tangi tam calix, quã patena.

ORDINIS
Forma.

Ordinis forma, quæ?

4 † OMnium Ordinũ forma illa eſt, *Accipe poteſtatem, &c.* qua nimirum ſignificatur imperatiuo quodam modo, tradi poteſtas ſingulis accõmodata.* Equidem proferri debet ſimul cum materia, ſimultate tamen morali, vt diximus de Baptiſmo *verb.Baptiſmi, n.27.* Ita Granado *in 3.part.controv.9.tr.1.diſp.6.num.16.* Qui tamen putans, contrariam ſententiam Caietani *in opuſ. tom.1.tract.16.* eſſe probabilem, cenſet minores Ordines, nec non Subdiaconatum, & Diaconatum, abſque phyſica ſimultate collatos, quia non ſunt admodum neceſſarij, omitti poſſe: Presbyteratum verò, & Epiſcopatum (* quamuis ex errore dicatur, Diaconatum *,) vtpote ſacratiores, & magis neceſſarios, ac proinde maiorẽ certitudinem requirẽtes, iterandos eſſe ſub conditione. *part.5.tractat.13.reſol.48.*

Et an debeat phyſicè cũ materia coexiſtere? Aliàs Ordo iterari?

5 Et generaliter, quoties pro validitate, & inualiditate Ordinis adſunt rationes probabiles, iterari poſſe, ait Granadus *n.2.* ſub conditione; Epiſcopatũ verò, & Presbyteratum etiam debere, ne Epiſcopus, aut Presbyter periculo nõ ordinandi, non conſecrandi, non abſoluendi ſe exponat, cum maximo fideliũ detrimento. Id verò non procedere in inferioribus Ordinibus. Vide *verb. Abbas n.6.in fine part.5.tract.13. reſolutione 47.& 93.§.Quoad ſecundum.* Sed aduertant hic ſcrupuloſi, aliud eſſe opinionem, & dubium, aliud ſcrupulum; nec ſtatim ac quis timet, ſe vaſa ſacra verb. gr. non tetigiſſe, debere iteratò ſuſcipere: multa enim obliuiſcimur, quæ reuera præſtitimus. *reſolut.47.cit.in fine.* Si autem omnino prætermiſſa tonſura, ordines quis ſuſcepiſſet, Syluius adhuc tonſurandum inquit, *verb.Ordo, num.2.* Fabris vero *de Sacr.Ordin.cap.4. quæſt.13.* negat, quia tonſura non eſt de neceſſitate Sacramenti, ſed præcepti. *part.6.tr.8.reſolutione 29.in fine.*

Sicut generaliter, quãdocunque Ordo ſit dubius?

ORDINIS
Subiectum.

6 * SVbiectum Ordinis homo ſolus eſt,

Ordinis